

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Bellum e
cum fontibus proximo et primo

Iusta bella solent diffiniri quae ulciscuntur iniurias, si gens uel ciuitas plectenda est quae uel uindicare neglexerit quod a suis improbe factum est, uel reddere quod per iniuriam ablatum est.

Augustinus in libro questionum.

Unde Augustinus dicit, in libro *Quaest.*:

Iusta bella solent definiri quae ulciscuntur iniurias: si gens vel ciuitas plectenda est quae uel vindicare neglexerit quod a suis improbe factum est, uel reddere quod per iniuriam ablatum est.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 40.1 (P. Caramello ed., p.207).

Iusta autem bella ea definiri solent quae ulciscuntur iniurias, si qua gens uel ciuitas, quae bello petenda est, uel uindicare neglexerit quod a suis improbe factum est uel reddere quod per iniurias ablatum est.

Augustinus Hipponensis, *Quaestionum in Heptatuchum libri septem*, 6.10 (CCSL 33, J. Fraipont ed., p.319, ll.259-262).